Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum [II.]

urn:nbn:de:bsz:31-160375

Visual Library

Wer iſt doch wol der Herr der arme Fiſcher ſendet/
Und ſich mit ſeinen Worte zu allen Völckern wendet?
Es iſt der Seelen-Hirt der durch der Predigt Schall
Mein Felſen-hartes Hertz zerſchmettert überall.

E. v. 20. & 22.

Dum me, Chriſte, vocas, ſeqvar, omnia ſponte relinqvens,
Tu mihi pro fluidis non peritura dabis.

ORACULUM SACRUM IIdum.

Luc. XIV, 26.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Εἴ τις ἔρχεται πρός με, καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα ἑαυτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τὰ τέκνα, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τὰς ἀδελφὰς, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, οὐ δύναταί μου μαθητὴς εἶναι.

Verſio vulgata.

Si qvis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & uxorem, & filios, & fra

& fratres, & ſorores, adhucautem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

Verſio B. LUTHERI.

So jemand zu mir kômmet/ und haſſet nicht ſeinen Vater/ Mutter/ Weib/ Kind Brůder/ Schweſter/ auch darzu ſein eigen Leben/ der kan nicht mein Junger ſeyn.

N O T Æ.

1. Μισεῖν h. l. non ſignificat hoſtili odiô proſeqvi parentes & agnatos, hoc enim qvarto præcepto in faciem contradiceret; ſed amorem parentum & amicorum amori Chriſti poſtponere. Verba enim affirmantia pro contrariis negantibus qvandoq; ponuntur, vel, ut alii hunc canonem enunciant: Actiones vehementiores interdum pro tenioribus uſurpantur. Vide ſimilem hujus vocis ſingnificationem Rom. IX, 13. Joh. XII, 25. Prov. XIII, 24. Matth. VI, 4. & hæc nota *contra Calvinianos, qvi locum Rom. IX. 13. de abſoluto DEI odio interpretantur*, qvô *DEUS rejecit Eſavum ab omni ſua gratia & gloria.* Qvum tamen odium illud non includat æternam rejectionem, ſed poſthabitionem & excluſionem temporalem à privilegiis externis. q. d.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK gefördert durch Baden-Württemberg

DEUS: Jacobo deputavi terram Chanaam, fluentem lacte & melle, ſed Eſavo non deputavi tam fertilem terram, verum loca monroſa & ſterilia. Poſui enim montes ejus in ſolitudinem, & hereditatem ejus in deſertum Draconis Matth 1,3.

2. Deinde qvando Chriſtus h.l. diſcipulis odium animæ i.e. vitæ præcipit, non vult, ut ſibiipſis manus violentas inferant, hoc enim cum qvinto præcepto pugnaret, ſed odiſſe qvoqve hoc loco idem eſt, qvod poſtponere. Sic, qvando ſalomon Cohel. II,17. inqvit: Itaq; odi hanc vitam, verbum שָׂנֵא non ſignificat odium aliqvod hoſtile, ſed nauſeam ſive tædiũ, vel odi idem eſt ac minus dilexi, vel non porro curavi, non magnifeci. Qvod notandum *contra Circumcelliones hæreticos, qvi iſthuc dementiæ progreſſi ſunt, ut in ſeipſos crudeles & homicidæ fierent, hoc prætextu, qvia Chriſtus in loco præſente & Joh. XII,25. animam oduſe juſſiſſet.* Vid. Aug. Epiſt. 204. & tract. 5. in Joh. ubi reprehendit eos, qvi ut videantur animam ſuam in hoc mundo odiſſe ſemetipſos interimant.

SENTENTIÆ PATRUM.

I. Qvod amor in DEUM amori in parentes & agnatos ſit præferendus.

Aman-

Amandus ſanè eſt generator, ſed præponendus eſt creator, *Auguſtinus ſerm.7. de Verbis Domini.*

Tamdiu ſcito ſangvinis copulam, qvamdiu ille ſuum noverit creatorem: alioqvi tibi protenus David canet: Obliviſcere populi tui & domus patris tui. *Hieronymus in Epiſtola ad Furiam.*

Odium in parentes eſt pietas in DEum, *Idem.*

2. *Qvod bona terrena cœleſtibus non ſint præfeenda.*

Deſpiciamus qvæ terrena ſunt, relictis temporalibus, mercemur æterna. *Gregor. in Homil. hujus Evang. 5. T.2. col. 834. A.B.*

Nil debemus Chriſto præponere, qvia nec nobis ille qvicqvam præpoſuit, *Cyprian. ſerm.6. de Orat. Domin. p.236.*

3. *Qvod ἀυτοχειρία non ſit licita.*

Non eſt noſtrum mortem arripere, ſed ab aliis illatam libenter accipere. Vnde & in perſeqvutionibus non licet propriâ manu perire. *Hieronym. in cap.1. Jonæ Tom.16. p.126. D.*

Sicut in hanc vitam non ſponte venimus: Ita rurſus ex hoc domicilio corporis, qvod tuendum nobis aſſignatum eſt, ejusdem juſſu receden-

cedendum eſt, qvi nos in hoc corpus induxit, tamdiu habitaturos, donec jubeat emitti, ait *Lactantius lib. 3. Inſtit. cap. 38.*

Weil mich Chriſtus heiſſet gehen
 Auß der mehr als argen Welt/
Will ich alles laſſen ſtehen/
 Und nur thun was ihm gefällt.
 Er wird mir vor Hertzeleid
 Geben Freud- und Seeligkeit.

Ex Joh. XX, 25. & 27.
Electi fidei poſſunt amittere donum:
Hoc incredulitas vel tua Thoma! docet.

ORACULUM SACRUM III.

Pſ. LI, 13.

TEXTUS EBRÆUS SACER.

אַל־־ תַּשְׁלִיכֵנִי אֱלֹהִים מִלְּפָנֶיךָ
וְרוּחַ קָדְשְׁךָ אַל־־תִּקַּח מִמֶּנִּי׃

Verſio Vulgata.

DEUS, ne projicias me à facie tua, & Spititum ſanctum tuum ne auferas à me.

Verſio vernacula B. LUTHERI.

HERR/ verwirff mich nicht von

Dei-